

Title = Full stop at the end




Full Stop = Do- → Fa-

Flex = Do → Ti-

Question = Ti ... La TI Ti- Do-

/ = Pause

Conclusion = Re → Do → Te- Te-



GOOD FRIDAY

LESSON VI

EXacuérunt tamquam gládium linguas suas. Non dicant Judaéi: Non occidimus Christum. Etenim propterea eum dedérunt júdici Piláto, ut quasi ipsi a morte ejus videréntur immúnes. Nam cum dixisset eis Pilátus: Vos eum occidite, responderunt: Nobis non licet occidere quemquam. Iniquitátem facínoris sui in júdicem hóminem refúndere volébant: sed numquid Deum júdicem fálebant? Quod fecit Pilátus, in eo ipso quod fecit aliquántum párticeps fuit: sed in comparatióne illórum, multo ipse innocéntior. Institit enim quantum pótuit, ut illum ex eórum mánibus liberáret: nam propterea flagellátum produxit ad eos. Non persequéndo Dómi- num flagellávit, sed eórum furóri satisfácere volens: ut vel sic jam mitéscerent, et desínerent velle occidere, cum flagellátum vidérent. Fecit et hoc. At ubi perseveravérunt, nostis illum lavisse manus, et dixisse, quod ipse non fecisset, mundum se esse a morte illius. Fecit tamen. Sed si reus, quia fecit vel invítus: illi innocéntes, qui coëgérunt ut fáceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum senténtiam, et jussit eum crucifigi, et quasi ipse occidit: et vos, o Judaéi, occidistis. Unde occidistis? Gládio linguae: aculistis enim linguas vestras. Et quando percussistis, nisi quando clamástis? Crucifige, crucifige?

HOLY SATURDAY

LESSON IX

Lecto enim omni mandáto legis ad vos **Deus** // Etiam tabernáculum, et ómnia vasa ministérii accípiens sánguinem vitulórum, ságuine simíliter aspérsit : et et hircórum, cum aqua et lana coccínea, et hyssópo : ipsum ómnia pene in ságuine secúndum legem mundántur // et sine quoque librum, et omnem pópulum ságuinis effusióne // non fit remissio. aspérsit dicens : // Hic sanguis testaménti, quod mandávit

LESSON VIII

Et ideo novi testaménti mediátor **est** : ut, morte intercedente, in redemptiόνem eárum praevaricatiónum, quae erant sub prióri testaménto, repromissiónem accípiant, qui vocáti sunt aetérnae hereditátis. Ubi enim testaméntum est // mors necesse est intercedat testatóris. Testaméntum enim in mórtuis confirmátum est // alióquin nondum valet, dum vivit qui testátus est. Unde nec primum quidem sine ságuine dedicátum est.